

## Libri quarti

sunt infima. **N**ota q̄ concupiscentia et affectus terrenoz̄ impedit con-  
templationem summi boni vnde Boecius in tractatu de sumo bono. di-  
cit. Inordinata concupiscentia multos impedit a summo bono. quos-  
dam enim pigritiam sequi videmus. Quosdam enim delectationes sensu-  
ales. Quosdam enim desideria auri et argenti. exceptis paucis viris ho-  
norandis p̄his qui contemnunt sensus desideria et sequuntur desideria  
intellectus. et prope finem eiusdem tractatus dicit. **P**̄his maxime delecta-  
tur in primo principio in contemplatione sue bonitatis et hec sola est re-  
cta delectatio. hec enim est vita philosophorum sine qua nemo viuit vita  
recta. Et subdit. Philosophum aut̄ voco oem hominem viuente ordine  
nature tendens in alta. et finiens vitam adquiret vltimum finem et opti-  
mum vite humane qui est deus gloriosus benedictus in secula seculoz̄. **Am**

**A**nthonij Maultij Seuer: Boecij exconsulis ord̄ pat:  
p̄hie consolationis. **E**xPLICIT liber tertius

**I**ncipit quartus. Prosa prima.

**D**ucusq̄ error boecij corrigi qui mirando dicit  
bonos sine premiis. malos sine penis linquendum

**H**ec cum p̄hia dignitate vultus et oris grauitate seruata: leniter  
suauiterq̄ cecinisset. Tum ego nondū penitus insiti meroris obli-  
tus. intentionem dicere adhuc aliquo parantis abrupi. Et o inquam ve-  
ri preuia luminis. que vsq̄ adhuc tua sudit oratio. cum sui speculatione di-  
uina. tum tuis rationibus inuicta patuerunt. Ea q̄ mihi essi ob iniurie do-  
lorem nuper oblita. non tamen ante hac proorsus ignozata dixisti.

**H**ic incipit quartus liber de consolatione p̄hie cuius hec est. prosa pri-  
ma in quo libro philosophia assignat quare mala. concedantur in regno  
dei cum omniū rez̄ rector bon⁹ existat scilicet de⁹. et probat bonos semp  
esse potentes et malos impotentes. et sicut vicia nunq̄ sunt sine pena ita  
virtutes nunq̄ sunt sine premio. Probat etiam q̄ omnis fortuna tam p̄-  
spera q̄ aduersa bonis est ad profectum. malis autem ad interitum. **Etia**